1949 [= 6392] parva columna utrimque scripta litteris rudibus. Neapoli in museo.

in uno latere:

D · M · ꟿ · POBLICIO ·
DIONYSIO · FECERVNT
II FRATRES · POBLICIVS
CLEMES · ET · APSVRTVS
ALVMNI
B · M · T · S ·

in altero latere:

D · M
ꟿ POBLICI · DIONYSI
ꟿ POBLICI NICEROTIS PEDISEQ
sic BENEEMERENTI FECER
sic DVO FR\TRES POↃLICIVS CLEMENS ET sic
APSYRTVS ALVMNI
TATAE

Descripsi. Fiorelli cat. n. 1637.
I, 6 collato titulo altero intellegitur significari *b(ene) m(erenti) t(atae) s(uo)*.

1950 [= 2879] rep. Puteolis in sepulcreto S. Viti. Extat Neapoli in museo.

DIS · MANIB
L · CALPVRNIO ·
FESTO · PICTORI ·
VIXIT · AN · XXI

Descripsi et recognovi. Iorio *guida a Pozzuoli* tab. II n. 15 cf. p. 59; Fiorelli cat. n. 754. Orelli 4261.

1951 Neapoli in archiepiscopatu.

LOLLIAE · VICTORINAE
COIVGI · DVLCISSIMAE
LOLLIANVS · PORRESMVS
PROCVRATOR
BENE · MERENTI · EMIT
CVM · QVA · VIXIT · ANNOS · XX
SENE · REPREHENSIONE · VLLA
Et · ALTERVTRVM
HOC · EST · AMASSE

Filonardianus liber f. 94'.
Vv. continuantur. — 7. 8 VLLAE · ALTERVTRVM traditur.

1952 [= 7220] Puteolis repperit Walpole nobilis Anglus.

D · M
L · PL · HER
MIPPO · PVR

Matranga *Bull. dell' Inst.* 1850 p. 177.

1953 [= 2876] Puteolis e sepulcreto S. Viti. Secunda deinde fuit Neapoli apud Fuscum, est hodie in museo publico imminuta.

a

APOLLONI
C · IVLI · SOCR
SCRIBAE

b

APOLLONI*VS* · *C* · IV*li socratis*
SCRIBA
IVLIA · PLATE · SOCRATIS · *uxor?*

Recognovi quod superest ex posteriore. Iorio ms. (bibl. publ. Neap. I. B. 46) et *guida* tab. II n. 5 et n. 18 (cf. p. 59) dat utramque, posteriorem etiam Fusco *iscr. di Pozz.* n. 19 et Fiorelli cat. n. 1019.
Ex posteriore quae non extant, distinxi inclinatis.

1954 [= 2732 + 6690, 48] Neapoli in museo.

· D · M ·
N A N A E
RVSTIVS NVME
RIVS · SCRIBA · C ·
*m*ATRI · DVLCIS
SIM*a*E · B · M · F ·

Descripsi frusta duo; iam recognovi coniuncta a Fiorellio cat. n. 637.
Scriba classiarius fortasse; id quod ad sequentes quoque pervenire potest. Neque tamen eos referre placuit inter Misenates.

1955 rep. in agro Neapolitano MIN. Deinde Neapoli apud principem de S. Georgio, nunc in museo publico.

PACCIO · LVCIANO · SCRIBAE
QVI · VIXIT · ANNIS · XL · III · D · XXVI
HOMINI · INCONPARABILI · FILI · EIVS
ET · CONIVX · B · M · FF · sic

Recognovi. Minervini *Bull. Nap.* N. S. 2, 136; Fiorelli cat. n. 846.

1956 [= 6627 + 2734] Neapoli in museo.

AELIAE ... L
*fe*LINAE · CAS*tis* SIMAE ·
C*o*VAE · V · ANN · XXI · M · III · D XI ·
SATVRIVS · GRATVS · SCRIB ·
CONIVGI · B · M · F ·

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1617.

1957 [= 3470] Puteolis in S. Francisci sacr. n. 3 antea, nunc Neapoli in museo.

PHILIPPI
PIVS · Ç F CLA
DER · SCRIBA

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 981.
Sublato patris praenomine C substitutum est vocabulum PHILIPPI.

1958 [= 2875] originis incertae. Neapoli in vinea Mazae.

D M
A N T O N I A E
VICTORIAE · CONIVGI
INCOMPARABILI
L · VALERIVS
IVLIANVS · SCRIBA
AEDITVVS · B · M · F

Hier. Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 2044, 2 a Como.

1959 [= 2900] Neapoli apud Spataforum WINGHE CAP.; in suburbano Ian. Mazae PROC. COM. Nunc in museo publico. — Locum non indicat SIRM. Male Teate MVR. 1488; in Apulia COM. II.

D M
M · PERPERNIVS
ZMARAGDVS
MARTIALI · MA
GISTRO · SVO · STRV
CTO · RI · B · M

Descripsi et recognovi. Winghius I f. 71 et cod. Raffaelli f. 115 et denuo f. 143; Sirmondus cod. 1418 n. 159 (inde Grut. 1117, 10); Capaccius l. I c. 21 p. 343; Procaccelli ms. 1735 (inde Gori symb. dec. I, 1, 79); Comus bis apud Mur. ms., ed. 969, 8; Mur. 1488, 6 ab Al. Berti; Fiorelli cat. n. 1104.

1960 Pollenae in villa Santangelana.

D · M
PHILARCYRO
SVPELLECT
V · A · XXXV · M · V
/ / / / / \ˈ ı /\ /

Descripsit Duhn.

1961 [= 2912] titulus formam prae se fert urbanam eodemque ducit ollae mentio. Fuit Puteolis in S. Francisci sep. n. 42, est Neapoli in museo.

OLLA
VRBANI TA
BELLARI

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 853.

1962 [= 2885] pulchra cista duorum loculorum, quorum extant etiam opercula antiqua cum suis anulis. Puteolis in loco q. d. Campana in fundo Mich. Ang. Scotti SCHERILLO. Apud sutorem quendam EGO.

in operculis:

SAC RVM

in ipsa cista:

L · FAENIVS · L · L · ALEXANDR
THVRARIVS · PVTEOLANVS
VIR · OPTVMVS · VIXIT · BENE

Descripsi. Scherillo ms.; *Bull. Nap.* II p. 56. Henzen 7282.
Cf. Marini Arv. p. 338.

1963 [= 2874] originis incertae. Neapoli GVD.; in vinea Mazae MAZA.

ANCAEVS
HILARIONIS · TONSOR
ANNOR · XXVIII

Gud. ms. 674, 9, ed. 209, 11; Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 2044, 1 a Como.
1 ANCEVS Gud. ed. contra ms.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127. 969).

ad n. 1151. Est in codice Londiniensi Harleiano 2571 saec. XV f. 75. Exemplum non differt.

8364 tabella marmorea rep. prope Atripaldam *alla Civita*.

VERATIVS CAPRIV
S CVM CONI^VGE
SVA VICIRIA MY
RINENE SE VIBOS M
5 EMORIA SIBI FECE
RVNT ET SVIS

Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 299.

XXXVIII. ABELLA (p. 136. 969).

ad p. 136. 142. In collectaneis codicis Neapolitani XIV D. 8 (v. index auctorum s. v. Anonymus Corvisierii) scripto a. 1525 adsunt epigrammata Abellanum unum n. 1217, Nolana autem n. 1258. 1262. 1267 (v. infra). 1272, item fragmenta sive Abellana sive Nolana n. 8365 sumpta omnia de ipsis saxis exemplis probis, versuum tamen divisione non observata.

XXXIX. NOLA (p. 142. 969).

ad n. 1267. Est item in cod. Neap. XIV D. 8 f. 35' collocata ʻNolaeʼ. Est ibi 1 C·AESIAE — 2 HIPARCHO — 4 GLITIONAE.

ad n. 1367. Diligentius inspecta editione intellectum est versum Hebraicum a Remondinio non ad titulum hunc referri, sed proponi ut lectum in lucerna aenea.

8365 loco non adscripto, sed post Nolanam X, 1258, ante Abellanam X, 1217, in codice Neapolitano XIV D. 8 f. 36 leguntur haec sine dubio trahenda ad alterum utrum oppidum ʻin marmore fractoʼ:

EMPRONIO
RVNTIAE
NGNAE · VXSORI

et in alio fracto:

VXSOR

et in alio:

VNXOR

XL. HERCVLANEVM (p. 156. 970).

ad n. 1408. Dele; est Venafrana infra n. 4845.

ad n. 8167. Iam prostat in lapidario Neapolitano sub n. 109558, ubi a. 1882 excepi sic:

SALVTI
SACRVM

XLI. NEAPOLIS (p. 170. 970).

ad n. 1504. Extat Romae apud Institutum archaeologicum. Scr. 1 COMINIÓ — VERECVNDÓ — 2 DIA — PIISSIMO — 3 ΦONTEIS et suo versu KAПIT.

ad n. 1537. V. 13 refert peregrinator Gallus a. 1574 (vide n. 8388) f. 390 legens G·F — PLVS·M·A·L·D·B·DIE·IIII·SEPT·IMPER·D·V·MAVRITIO·PP·AVG reliquis omissis.

XLII. PVTEOLI (p. 182. 971).

ad. p. 189. In museo Porticensi qui fuerint scripti lapides a. 1808 intelleximus ex inventario Petri la Vega nuper edito in documentorum pertinentium ad historiam museorum Italicorum volumine quarto p. XVIII—XX. Fuerunt autem hi:

Pompeiani (vel certe editi inter Pompeianos) n. 925. 1077. 1079.
Nolanus n. 1295.
Herculanensis n. 1452 (tabula aenea).
Puteolani n. 1556. 1596. 1597. 1631. 1636. 1641. 1650. 1666. 1690. 1691. 1761. 1790. 1820. 1831. 1885. 1912. 1954. 1971. 1997. 2016. 2025. 2068. 2157. 2186. 2202. 2224. 2359. 2427. 2498. 2615. 2661. 2777. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2847. 2972. 3161. 3225. 3229.
Misenenses n. 3377. 3379. 3448. 3486.
Cumani n. 3692. 3696.
Literninus n. 3714.
Aenarienses n. 6786—6788. 6791. 6793. 6794. 6796—6799.
Caprensis n. 6810.
Ausculanus vol. IX n. 678.
urbani vol. VI n. 1320 (*M. Porcius M. f. Cato*; originis urbanae testimonia adsunt) et 9880 (*olla Iucundae sarcinatr.*; de origine praeterea non constat, sed tabella est columbarii).
Ostiensis I. R. N. 6803.

Vellem eo indice uti potuissem in sylloge ordinanda; inde enim patet in id museum lapides potissimum illatos esse repertos saeculo XVIII medio